



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

261. Ut nullus, contempta minore Ecclesia, ad potiorem adspiret.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Helmaſtadienſi & Pariſienſi. Nos, cūm nihil certi nobis occurreret quod reponeremus, nihil temerè præſumendum cenſuimus. Si quis tamen hunc hiatus ſuppleri deſiderat, utatur capite xxxiii. Concilij Carthagenſis quarti.

Ut Episcopuſ in alteriuſ Episcopuſi parrocchia ordinationem non faciat. *Ex Concilio Antiocheno.*

CCLVIII. Episcopuſ alienam civitatem, quæ non eſt illi ſubjecta, non adeat, nec ad poſſeſſionem accedat quæ ad eum non pertinet, nec ordinationem ibi faciat, niſi fortè cum conſilio & voluntate regionis Episcopuſi.

Concil. Antioch. c. 22.
Burchard. lib. 1. c. 71.

Ut nulluſ Presbyter aut laicuſ pœnitentem invitet vinum bibere aut carnem manducare. *Ex Capit. lib. 1. tit. CLI.*

CCLIX. Ut nulluſ Presbyter aut laicuſ pœnitentem invitet vinum bibere aut carnem manducare, niſi ad præſens pro ipſo unum vel duos denarios juxta qualitatem pœnitentiæ dederit.

Lib. 1. Capitular. c. 157.

Ut nulluſ Presbyter cartas ſcribat. *Ex eodem.*

CCLX. Nulluſ Presbyter cartas ſcribat, aut conductor ſui ſenioris exiſtat.

Lib. 1. Capitular. c. 158.
Riculf. c. 15.

Ut nulluſ, contempta minore Eccleſia, ad potiorem aſpiret. *Ex ſynodo Meldenſi.*

CCLXI. Si quiſ de ordine ſacerdotali, contemptu minoris Eccleſiæ, ambitioſè & im-

Concil. Meld. c. 30.
Burchard. lib. 3. c. 48.

probè ad potiorem aspiraverit , canonica erga eum definitio conservetur.

De baptismo , & quo tempore celebrandus sit. *Ex canone Apostolorum.*

Can. Apostolor. c. 49.
Burchard. lib. 4. c. 22.

CCLXII. Si quis Episcopus aut Presbyter juxta præceptum Domini non baptizaverit in nomine Patris , Filij , & Spiritus sancti , sed in tribus sine initio principiis , aut in tribus Filiis , aut in tribus Paraclitis , abiciatur.

De eadem re. *Ex eodem.*

Can. Apostolor. c. 50.
Burchard. lib. 4. c. 23.

CCLXIII. Si quis Episcopus aut Presbyter non trinam mersionem unius mysterii celebret , sed semel mergat in baptisinate quod dari videtur in Domini morte , deponatur. Non enim dixit Dominus *In morte mea baptizate* , sed : *Euntes docete omnes gentes , baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti.*

Math. 28.

Quòd Pascha & Pentecosten sit baptizandum. *Ex epistola Leonis Papa.*

Decreta Leonis I. c. 11.
Burchard. lib. 4. c. 2.

CCLXIV. Unde quia manifestissimè patet baptizandis in Ecclesia electis hæc duo tempora , id est , Pascha , & Pentecosten , esse legitima , dilectionem vestram monemus ut nullos alios dies huic observantiæ misceatis quia sicut sunt alia quoque festa , quibus multa in honorem Dei reverentia debeat , principalis tamen & maximi sacramenti custodienda nobis est mysticæ rationis exceptio , non interdita licentia , qua in baptismo tribuendo quolibet tempore periclitantibus subvenitur.

Ibid. c. 12.